



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Turba duplex, bona, & mala.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Turba duplex, scilicet mala,
& bona.*

Mala, multiplex est. Prima est tumultuans, quæ cupidorum est, vel auarorum. Mat. Cum vidisset Iesus tibicines & turbam tumultuantem, dixit, recedite, &c. Isti dicuntur turba quia turbantur in se. Pro. 15. Turbat domum suam, qui festatus auaritiam, &c. Secunda turba dicitur strepens, quæ interior est, scilicet cogitationum & desideriorum. Luc. Turba comprimunt te. Tertia est inquietans. quæ est exterior, scilicet curarum & sollicitudinum. Luc. Martha Martha sollicita es, &c. Iob. Semen eorum &c. Quarta est impediens quæ est carnalium desideriorum, de qua dicitur Luc. Zacheos non poterat &c. Bona autem turba triplex est. Prima est doloris, de consideratione peccatorum. Isa. Decogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, &c. Psal. Irascimini & nolite peccare &c. Secunda est timoris, ex consideratione diuinorum iudiciorum. Psal. A iudiciis enim tuis timui. Hier. Siue comedam, siue bibam, semper in aure mea tuba iudicii canit, surgite mor

Matt. 9.

Pro. 15

Luc. 8.

Luc. 10.

Iob. 21.

Luc. 19.

Isa. 36.

Psal 4.

Psal. 118

Hieron.

CHRISTIANA
tui venite ad iudicium. Tertia est amo-
ris ex recordatione beneficioru. Tre.
Tren. 3. Memoria memor ero, & tabescet, &c.

Transitus triplex.

Primus est de vitiis ad uirtutes,
de stato peccati ad pœnitentiã.
qui figuratus est per transitum
filiorum Israel de Aegypto per mare
rubrum in desertum. Mare enim ru-
brum significat contritionem & con-
fessionem, per quæ transitur ad facil-
factionem. Mare est amaritudo quæ
est in contritione. Rubrum est eru-
bescentia, quæ est in confessione. Se-
cundus est de uirtute in uirtutem.
Hic est transitus de mari rubro per de-
sertum usque ad Iordanem. Iordanis
qui interpretatur humilis descensus,
significat mortem, per quam oportet
transire antequam ueniatur ad terram
promissionis. Tertius est de mundo
ad patriam. Hic est transitus de
deserto per Iordanem ad
terram promissionis.

Cant. 8.

*Cant. Quæ est ista,
quæ ascēdit de
deserto,
&c.*

Vnitas